

admittit prohibitionem in contrarium, nam et si de hoc non conuictus & delinquens ejus voluntatis non esset, nihilominus locum habent cause in textu expressis hic cum in eo; & hic fructu legi auxilium que finales fuerunt hujus statuti. Ita notabiliter Host. hic n. 2. in verbo qua nisi & in verbo cum in eo. Joan. Andr. eod. n. in verbo nullatenus & n. 5. vers. In glossa ult. Collect. n. 1. post med. vers. sed potest dici. Butr. n. 4. vers. quid si non fuerit, Card. n. 4. in 3. quæst.

26 Ancharanus, numero quarto & communiter Doctores, ut Abbas tellatur num. octavo, vers. Videtur tamen postea dicere. Subdit tamen Hostiensis, ubi supra post Goffredum delinquenti in Ecclesia subueniendum fore, si probaretur hoc fecisse non sub spe immunitatis, puta nullas habebant inimicitias, sed ex verbis ibidem inter eos de novo ortis ad homicidia pervenerunt: & cum Host. concordant Joan. Andr. num. 2. Butr. n. 4. in fin. vers. Subuenitur, & n. 5. circa fin. vers. Host. dicit, & Cardin. n. 4. in 3. quæst. & n. 6. & hanc dicit esse communem opinionem Remig. in tract. hujus tituli fallent. 3. n. 3. quamvis, ut inquit Clarus in dict. §. fin. q. 30. vers. Item quæro, apud Senarum Mediolani hoc non posset in practica obtineri, quia semper vidit indistincte observari, ut qui in Ecclesia delinquit, reputetur indignus: ut ejus immunitate se defendat.

27 Quarti dicunt hoc cap. habere locum, prout loquitur, solum in homicidio & mutilatione; non tamen indistincte, sed in eo tantum casu, in quo delicta hujusmodi committuntur sub spe immunitatis consequende: & in hac opinione fuit Card. hic n. 6. vers. Aut ergo, ait enim: Aut constet, quod ex proposito deliquerunt in Ecclesia sperantes immunitatem, et quod alias non erant commissuri: & non gaudent immunitate, ut hic. Quod tamen intellige in suo casu tantum homicidii & mutilationis. Aut constet, quod alias erant commissuri: & gaudent per hanc litteram.

28 Sed hodie has controversias omnes non obscure sustulit Gregoriana Constitutio de immunitate Ecclesiarum, quæ declaravit delinquentes nunquam extrahi posse ab Ecclesia, nisi in casibus hic exceptis, & inter hos recenset committentes homicidium, & mutilationem membri in ipsa Ecclesia; nec distinguit an id faciat sub spe consequende immunitatis, an non nec ullam reddat rationem, sed simpliciter, & absolute illum casum excipit. Nec oblat si dicatur, Constitutio nova superueniens in materia disposita per leges antiquas, quamvis generaliter loquatur, tamen recipit omnes interpretationes, & limitationes, quas materia ab antiquis legibus recipiebat,

l. in contractibus §. Præterea Cod. de non num. pecun. Inf. in l. Sciendum in princ. ff. Qui satis dar. eogan. Cabilion. dicens Doctores omnes ita tenere in conf. 10. In factu num. 5. vers. Ad testamentum. Unde quemadmodum hæc Decretalis, quamvis loquatur tantum de homicidio & mutilatione, tamen ob rationem generalem in ea expressam à plerisque extenditur etiam ad alia delicta, ut dictum est supra num. 11. Ita & Gregoriana Constitutio sit extendenda. Hæc enim est interpretatio passiva, quæ in omni materia admittitur, l. 2. & hic Barth. in princ. Cod. de Noxal. l. Juris gratiam §. Si passisar. ff. de pactis. Id inquam non oblat, nam præterquamquod hæc theoria procedit quando jus antiquum est clarum, & inconcussum, non autem quando est controversum, & plures habet intellectus, prout habet hæc Decretalis, ex his, quæ notat Bart. in l. In ambiguo n. 2. ff. de rebus dub. & Felin. in cap. 1. circa finem de Constit. Nam quod multipliciter intelligitur, illius veritas ignoratur, ut ex Boetio dicit Baldus in l. Nec quidquam §. ubi decretum in princ. ff. de offic. Proconsul. & legat. Respondetur cellare omnem difficultatem, quia Bulla Gregor. prohibet fieri extensionem ad casus in ea non expressos etiam ex identitate, vel majoritate rationis, ut dixi in c. Inter alia num. 51. & 55. supra eodem. Unde ab homicidio, vel mutilatione manifestum est hodie non posse fieri extensionem ad adulteria, raptus virginum, & alia delicta in Ecclesia perpetrata, & sic corrigitur quod habetur in auth. de mandato Princip. §. Neque autem, & in auth. Ut liceat matr. & avia §. His quoque vers. Quia verò ita comparantur: licet forte secus esset in terminis hujus cap. secundum Host. hic n. 1. in verb. Homicida. Itaque remanet hodie approbata prima opinio, de qua supra n. 4. ut scilicet non quocumque delictum in Ecclesia patratum, sed solum homicidium, & membri mutilatio excludat à privilegio immunitatis, siue hæc commissio fuerint animo deliberato & ex proposito, siue in pura rixa ex improviso suborta & sine sub spe immunitatis, siue non, cum Constitutio non distinguit.

Adde, quod cum hæc lex simul sit penal, & exorbitans, 31 non debet fieri extensio de casu ad casum, l. Sed sciendum ff. Ad legem Pompejam, de parricid. Item quamvis alia extensio fieret, tamen fieri non potest ubicumque agitur de admittenda immunitate, Dei ordinatione Ecclesiarum attributa, ut dixi in c. Cum non ab homine n. 53. §. 1. & n. 81. & 82. post Aretin. hic n. 60. & 61. supra de iudicium.



NE CLERICI, VEL MONACHI
SÆCULARIBUS NEGOTIIS SE IMMISCEANT.

Ex Concilio Mogentino.

CAPUT I.

Multa sunt negotia sæcularia, de quibus pauca perstringamus, ad quæ pertinet omnis carnalis concupiscentia. Quidquid plus iusto appetit homo, turpe lucrum est: Munera injusta accipere, vel etiam dare pro aliquo sæculari quæstu, pretio alique conducere, contentiones, vel lites, vel rixas amare, in placitis sæcularibus disputare, excepta defensione orphanorum aut viduarum, conductores sæcularium rerum, aut procuratores esse, turpis verbi vel facti esse joculatorem, vel jocum sæcularem diligere, aleas amare, ornamentum inconueniens proposito suo quærere, in deliciis vivere velle, gulam & ebrietatem in equi, pondera in iusta, vel mensuras habere: negotium injustum exercere, nec tamen iustum negotium est contradicendum propter necessitates diversas, quia legimus sanctos Apostolos negotiati, fuisse, & in regula beati Benedicti præcipitur provideri, per quorum manus negotia Monasterii procurentur, carnes & aves sequi ad venandum; & omnibus quibuslibet causis superfluis interesse. Ecce talia, & his similia, Minuitis Altaris Domini, necnon & Monachis omnino contradicimus; de quibus ait Apostolus; nemo militaris Deo, implicet se negotiis sæcularibus.

SUMMARIUM.

- 1 Exempli causa sunt pauca exprimenda.
- 2 Pauca dicuntur respicere, secundum subiectam materiam.
- 3 Conducere alique pretio pro aliquo sæculari quæstu an, & quando Clerici, vel Monachi liceat.
- 4 Contentiones, lites & rixæ in quibus differant.
- 5 Clerici patrocinari possunt pro defensione miserabilium personarum, sed tamen gratis.
- 6 Conducere res sæcularium Clericis non licet, nisi cogente necessitate, & n. 29. & 43.
- 7 Canonici prohibendum ne Ecclesie bona conducant, & locationes sint irritæ.
- 8 Conductori laico si Clericus succedat jure hæreditario, potest in conductione remanere usque ad præfixum tempus locationis.
- 9 Negotiationem etiam iustam extra casum necessitatis Clerico exercere non licet, & n. 45.
- 10 Clausula generalis subsequens aliquot speciatim omnia comprehendit.
- 11 Negotiatio est Clericis prohibita de jure Divino, & contrasacientes mortaliter peccant.
- 12 Negotium, & negotiatio quid sit.
- 13 Negotium quotplex, & quod sit Clericis interdictum, & n. seqq. usque ad n. 52.
- 14 Negotiatio alia mundialis, alia spiritalis, alia temporalis.
- 15 Negotium sæculare dicitur tribus modis.
- 16 Clerici in causa sanguinis non possunt esse Advocati etiam pro reo.
- 17 Causa Nutrimonii, legitimitatis, juris patronatus, decimarum, & hujusmodi iudicando tractari non possunt, nisi à Clericis.
- 18 Negotium sæculare accipitur large, strictè & strictissime, & n. seqq.
- 19 Negotium sæculare prout provenit ex carnali concupiscentia non frenata ratione, est omnibus prohibitum, sed præcipue Clericis, & n. 78.
- 20 Officium nullum Clerici possunt habere in republica sæculari.
- 21 Universitatem sæcularem Clerici non Constituant.
- 22 Licet vacare debent Republica mundana, Clerici verò Republica spiritali, & n. 90.
- 23 Negotiatio propriè sumpta in quo differat ab artificio.
- 24 Negotiatio, seu mercatura quamvis sit permessa laicis, tamen Clericis omnino prohibetur, & n. 51. 59.
- 25 Artificium Clericis, & Monachis est permissum, si necessitas subit, & non sordide exerceatur, & n. seqq. usque ad n. 44.
- 26 Clericus artificio, vel agricultura sibi victum parat.
- 27 Monachi S. Basilii ex regulæ suæ regula instituti ad victum proprii manduic parandum saltem in communis tententur.
- 28 Et agricultura quantum eis permittatur.
- 29 Clerici alienarum possessionum conductores, vel administratores esse non possunt avaritia causa, Secus ad sui, & suorum sustentationem, & n. 43.
- 30 Clerici locare possunt animalia quæ habent ex decimis, vel successione, aut aliis sibi data, & eorum fructus vendere, & n. 44.
- 31 Item si habeant pastua possunt emere animalia, ut illa deserviant ad sustentationem suam, suorum, & pauperum, & n. 35.
- 32 Secus si emant ut tradant ad crementum.
- 33 Item ad sui, & suorum sustentationem possunt emere equi pullum nutriendum, & tabulam pingendam ut carius vendant.
- 34 Item possunt agros suos opera laicorum colere absque reata illicita negotiatione, & n. 38.
- 35 Item possunt pro eisdem cultura usu boves, & alia animalia necessaria emere, illorumque fructus iusto pretio, atque honestate vendere, & n. 39.
- 36 Item in terris ubi habent quercus possunt suos emere, eosque alere, ac pro sua, & familia sustentatione vendere, dummodo ea, & n. 49.
- 37 Item possunt arborum folia in eorum bonis existentium laico condere ad medicamentum lucri ex bombicibus provenientis, & n. 41.
- 41 Item possunt suorum arborum foliis arti sericeæ operam dare pro sua & familie sustentatione, cum personis tamen non iustis, & de licentia Episcopi.
- 43 Item possunt ob suam, suæque familie necessitatem terras Ecclesiasticarum conducere, non autem laicorum, nisi ex mera prædicti necessitate.
- 45 Agricultura etiam in agro Romano Clerici ex Bulla Cle-



DE IMMUNITATE ECCLESIIARUM

Idem Gregorius IX. Toletano & Compostellano Archiepiscopo.

CAPUT X.

Immunitatem Ecclesiasticam: & infra. Nonnulli impunitatem suorum excessuum, per defensionem Ecclesie obtinere sperantes, homicidia & mutilationes membrorum, in ipsis Ecclesiis, vel earum cæmeteriis committere non verentur, qui, nisi per Ecclesiam, ad quam confugiunt, credenter se defendunt, nullatenus fuerant commissuri: & infra. Cum in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat, & frustra legis auxilium invocet, qui committit in legem; mandamus, quatenus publicè nuntiatis, tales non debere gaudere immunitatis privilegio, quo faciunt se indignos.

SUMMARIUM.

- 1 Cæmeterium gaudet immunitate Ecclesiastica.
- 2 Immunitas an suffragetur delinquentibus in ipsa Ecclesia & n. seqq. usque in finem.
- 3 Intellectus varii hujus castus & n. seqq. usque ad n. 28.
- 4 Immunitate non gaudet committens homicidium vel mutilationem membri in Ecclesia vel illius Cæmeterio. Etiam ex improviso & non sub spe immunitatis, secundum opinionem que hodie est approbata n. 28.
- 5 Immunitate gaudent indistinctè committentes in Ecclesia sacrilegium, homicidium vel aliud crimen iuxta secundam opinionem Goffredi qua reprobat quoad homicidium, num. 8.
- 7 Ob criminis immunitatem receditur à communibus regulis juris.
- 8 Immunitate non gaudet committens in Ecclesia adulterium, raptum, furtum vel aliud crimen, secundum aliam opinionem & n. seqq.
- 9 Quæ reprobat n. 20. & 28.
- 10 Puniri quis debet in eo in quo delinquit & n. 17.
- 11 Frustra legis auxilium invocet qui committit in legem & n. 17.
- 12 Ratio legis ubique est generalis dicto, ad latitudinem rationis extenditur ipsa dispositio.
- 13 Extensio non fit in penalibus ex identitate rationis.
- 14 Fallit quando agitur de puniendis delictis.
- 15 Item fallit quando ratio est expressa in lege.
- 16 Et quid si lex simul sit penalis & exorbitans & minus Ecclesia immunitatem, n. 31.
- 17 Immunitate non gaudet secundum aliquos delinquens in una Ecclesia & ad aliam confugiens.
- 18 Idem in eo qui semel deliquit in Ecclesia, iterum delinquit extra Ecclesiam & postea ad Ecclesiam confugit.
- 19 Immunitate non gaudet graviter in Ecclesia delinquentes,

- etiam sine spe immunitatis consequenda.
- Contrarium n. 20 & 28.
- 20 Cessante uno ex duobus rationibus finalis, non cessat legis dispositio.
- 21 Sacrilegium æque committitur auferendo de Ecclesia rem sacram vel non sacram; & inter hæc nulla est differentia quoad immunitatem.
- 22 Peccare nemo debet sub spe venie.
- 23 Peccatum in Spiritum Sanctum est peccatum oblationis.
- 24 Immunitate non gaudet qui sub spe immunitatis in Ecclesia delinquit, secundum tertiam opinionem & num. seqq.
- 25 Quæ reprobat n. 28.
- 26 Et quando dicuntur delinquere sub spe immunitatis n. 25.
- 27 Delinquentes prope Ecclesiam animo ad eam confugiendi secundum aliquos non gaudent immunitate.
- 28 Sed contra n. 28.
- 29 Delinquentes ex proposito in Ecclesia presumunt hoc fecisse sub spe immunitatis, presumptione juris & de jure.
- 30 Subvenitur tamen et si probaretur hoc non fecisse sub spe immunitatis.
- 31 Immunitate non gaudet committens homicidium vel mutilationem membri in Ecclesia sub spe immunitatis, aliàs scilicet secundum quartam opinionem qua hodie reprobat, n. seqq.
- 32 Homicidia vel mutilationes membrorum in Ecclesia committens, etiam in pura rixa & sine spe immunitatis consequenda ex Bulla Gregorii XIV. immunitate non gaudet.
- 33 Constitutio nova recipit interpretationem passivam à jure antiquo, dummodo sit clarum & non habens varios intellectus.
- 34 Quod multipliciter intelligitur, illius veritas ignoratur.

Immunitatem. Summat, ut dicam infra in 3. l. 1. n. 23. & sunt tres partes. Prima ponit dictum. Secunda rationem hinc cum in eo. Tertia mandatum hinc mandamus. In textu hic vel eorum Cæmeteriis. Nota non tantum Ecclesiam, sed etiam illius Cæmeterium immunitate gaudere. Holt, hic numero primo in verbo Ecclesia. Ancharanus num. 2. Abbas num. 4. & scripti plenius in c. Ecclesia n. 21. supra eodem. Quæro generaliter, an immunitas Ecclesie suffragetur illi qui in ipsa Ecclesia delinquant. Solutio pendet ab intellectu hujus textus qui legitur multipliciter. Quidam enim intelligunt illius defensionem strictè in casu solius homicidii & mutilationis membri, prout sonat littera hinc Homicidia vel mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis vel eorum Cæmeteriis committere non verentur; & hoc non tuetur Ecclesia ut in textu. Ergo per locum à speciali qui alia delicta hic committunt, privilegio immunitatis jvantur; & hæc intellectum tenet glossa ordinaria & singularis in c. Prater & Corpiscopus in verbo ab omnibus 17. q. 4. quam dicit esse tenendam, cum nullum habeat contradicteorem. Ludovicus Roman. conf. 234. advertendum n. 2. Imò Goffred. in summa hujus tituli, §. sed quartus, tenet indistinctè committentes sacrilegium, homicidium vel aliud crimen in Ecclesia gaudere immunitate; & rationem reddit, quia si Ecclesia repelleret eos, videretur esse auctus sanguinis; & quia Ecclesiis & Ecclesiasticis personis Sanctitas ignoscendi gloria derelinquit, si quis in hoc genus, cod. de Episc. & Cleric. & cum Goffredo videtur transire Archidiaconus in d. c. Prater 6. n. 4. sed respectu homicidii & mutilationis dictum Goffredi est contra textum hic, unde Card. n. 2. circa finem, vers. sed quia dicit; & bene hoc caput loqui solum in homicidio vel mutilatione; & idèd posse restringi ut locum non habeat in alio casu, sed ite regula quòd sit locus immunitatis extra duos casus de quibus in c. Inter alia supra eodem, scilicet publici latronis & depopulatoris agrorum; & sic ait salvari posse opinionem Goffredi; & hæc opinionem esse mitiore pro qua facit, quia cum hoc caput devier à communibus regulis juris & sit odiosum, debet restringi quantum fieri potest

& sic non extendatur extra casum expressum, arg. c. pona de pœnit. dist. 1. & c. Odis de reg. Jur. lib. 6. Item ob immunitate delicti semper receditur à communibus regulis juris, ut in l. aut solus in fine, ff. de pœnit. Quidam verò putant hunc textum habere locum etiam in adulterio, rapto virginum, furto & in aliis quibuscumque gravibus delictis, quia et si loquatur in speciali casu homicidii & mutilationis membri, tamen illius ratio generalis est ad omnia delicta saltem enormia, ut patet hic cum in eo in quo delinquit, puniri quis debeat & frustra legis auxilium invocet qui committit in legem, non enim ad supplicandum debet admitti ubi committere ille delictum non expavit, ut dicitur in d. c. Prater 17. q. 4. & c. seq. & non debeat investire munimen in loco quem per se, ut deservierunt, ut in Auth. ut sit. nat. & ovis, §. Quia verò ita compræstantur. Unde hoc caput fuit desumptum, quare succedit regula, quòd ubicumque ratio legis vel Canonis est generalis dicto seu dispositio, tunc ad latitudinem rationis extenditur ipsa dispositio, restus est in l. Regula, §. fin. & hic Barr. & Bald. notant ff. de jur. & facti invariata, gloff. in Auth. Goff. in verbo per Italian. cod. de Sacros. Eccles. in l. 1. in verbo Illustriores, cod. qui man. vel præstat nemini. sic. ex eo. l. 10. & in clem. 1. in verbo Præsidentes de reposit. Roman. conf. 174. amplissimè Doct. n. 3. & in terminis notat Abbas hic n. 9. vers. Et jati postea dicit. Nec obstat quòd in penalibus non sit facienda extensio ex identitate rationis, secundum opinionem magis communem, de qua late per Jas. in l. cum quidam vol. 2. & seq. ff. de liber. & postum. quoniam hoc verum non est quando agitur de puniendis delictis, tunc enim materia dicitur favorabilis & expeditis Reipublicæ, l. Ita valuerunt. ff. ad l. Aquil. & propterea fieri debet extensio, ut per Roman. conf. 165. Vijo thomate n. 3. Jaf. d. l. cum quidam in 4. limit. Aim. de antiq. tempor. in 4. for. n. 96. Rursus id non procedit quando ratio est expressa, ut in textu nostro; tunc enim etiam in penalibus sit extensio ex identitate rationis. Alex. in l. cum mulier in 5. notab. ff. solut. matr. Jas. in d. l. cum quidam in 5. limit. & Aim. alios citans ubi supra n. 107. quoniam ibi delinquentes graviter in Ecclesia indistinctè excludi ab immunitatis privilegio, sentiunt hic Abbas Antiqu. in princ. Holt. n. 1. in verbo homicidia, Anchar. in 2. not. Abbas Sculus n. 9. vers. Et jati postea dicit. Collectar. n. 1. vers. Sed Holt. dicitur hoc tenere Innoc. Holt. & Doctores Juris Canonici & Civiles. Remundus in summa hujus tit. Joan. Monach. in c. 2. n. 3. infra eodem lib. 6. ubi sic ait. (Si autem in Ecclesia vel Cæmeterio delinquantur, nusquam committent habet hic immunitatem) & cum eo simpliciter transit hic Joannes Andreas n. 4. in verbo exercebant. qui imò in hoc passim omnes convertere affirmant Covarr. var. resol. lib. 2. c. 20. n. 15. vers. Vigesimo primo & vers. vigesimo secundo & Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 20. vers. Item quarto & in sacrilegio & furto in Ecclesia commisso tenent quidam quo tacto nomine recenter glossa in d. c. Prater in verbo ab omnibus 17. q. 4. & contra Goffredum firmat Holt. hic n. 3. in fine, vers. quid ergò. Si quis committat furtum in Ecclesia, reddet rationem quia furtum nunquam committitur bona intentione; & cum eo transeunt simpliciter Joannes Andreas n. 5. vers. per practica patet & Butr. n. 6. vers. per practica. Item Holt. Angel. de Castro inter consilia Pauli de Castro filii patris in c. 458. vijo causa proposito r. 1. in fine, vol. 2. dicens textum nostrum habere locum non solum in homicidiis & mutilationibus, sed etiam in furtibus in Ecclesia; & ita hic communiter notari; & eum sequitur Clar. ubi supra, licet eum aliter referat Covarr. var. resol. lib. 2. d. c. 20. n. 15. vers. vigesimo quinto; & generaliter in quocumque delicto in Ecclesia commisso, etiam non interveniat homicidium vel membri mutilatio, quidquid dixerit contra quem est communis opinio, attollatur Remig. Card. contra quem in 3. fallent. n. 5. & Clar. ubi supra. Et pro hac opinione de Jure Civili est textus clarus in Auth. ut pro hac opinione de Jure Civili est textus clarus in Auth. ut sit. nat. & ovis, §. Hic quoque, vers. quia verò ita committitur hic, non enim debent hujusmodi persona in venerabilis locum munimen habere quem ipsi per seculum proprium deservierunt & infra, quomodo illi qui in ipsa Ecclesia tale scelus studuerunt perpetrare, permittimus aliquod auxilium ex Ecclesiasticis temperate intente. Sed omnibus modis iudicibus eos tradi & pœnitenti intente. Sed omnibus modis iudicibus eos tradi & pœnitenti intente. Quis enim hic delinquit ubi salutem petat? Et in homicidio, rapto virginum & adulterio in loco Sacro commissa est expressum in Authentica de mandat. princ. §. neque autem. Quod adèd verum est secundum aliquos, ut si quis in una Ecclesia delinquit & deinde ad aliam Ecclesiam confugiat, non defenditur ab hac communis opinio, ut ait Remig. in tract. hujus tit. fol. 133. in 11. fallentia n. 2. Cum enim una sit per totum orbem universalis Ecclesia, cap. Loquitur Dominus 23. q. 1. cum suis concordantibus; qui fecit injuriam uni particulari Ecclesie, omnes offendisse videtur; ut per

eum, quem sequitur Clarus in §. fin. d. q. 30. vers. Sed si aliquis, & quavis Silvest. in summ. in ver. Immunitas 1. q. 2. v. Tertium est, dicit de consuetudine apud aliquos contrarium servari; tamen ut ait Clar. ubi supra apud Senarum Mediolanensem communis opinio servaretur in practica. Quin imò secundum alios, qui semel delinquit in Ecclesia, si iterum delinquat extra Ecclesiam & post delictum ad Ecclesiam confugiat, non debet in immunitate gaudere & ita facti contingencia decisum fuit per Cap. Tolot. ut det. 422. Item fuit questum, an sit aliquis. Precedit autem supra dicta opinio Abbatis Antiqui, & sequitur in quibus scilicetque gravibus criminibus in Ecclesia quomodolibet perpetratis etiam sine spe, & fiducia consequendi immunitatem, quia hic textus allegat in decisionibus duas rationes finales, quæ satis militent hoc casu. Prima est, quia in eo debet quis puniri, in quo delinquit. Secunda, quia frustra legis auxilium invocet, qui committit in legem; quæ si dicat, ex quo delinquit in Ecclesia, & per consequens contra Ecclesiam non debet occasione Ecclesie aliquod commodum reportare. Hujusmodi enim rationes vendicant sibi locum etiam in eo qui non delinquit sub spe venie. Prima autem ratio, de qua in princ. esp. non fuit finalis, sed impulsiva; quia cessante non cessat dispositio, l. 1. §. Sextum, cum gloff. in verb. Casum ff. de solulan. Et quatenus esset finalis, tunc ea quo desunt dux alie finales, & illarum quilibet per se sufficit, cessante una non cessat legis dispositio, ut in §. Affinitates institut. de nuptiis, ita Abb. hic num. 81. vers. Sed mihi non nullum placet, cuius intellectum dicit verissimum & servandum. Covarr. var. resol. libro secundo, capite vigesimo, numero decimo quinto, vers. vigesimo secundo post Atrerium quem citat in allegata decisione 422. Capell. Tolot. Rursus, est nonnulli respectu furti distinguant an quis fuerit in Ecclesia rem Sacram vel profanam, ut primus tantum sacrilegus non gaudet, secundus verò si sit novissimè Mar. Ital. de immun. lib. 5. c. 5. §. 3. n. 75. & Facinac. in eod. tract. n. 217. tamen hæc distinctio non placet, quia sacrilegium æque committitur auferendo sacrum de sacro, atque auferendo non sacrum de sacro, ut est i. x. in c. Quisquis 17. q. 4. & quatenus lex Civilis dicat hoc secundo casu non committi sacrilegium, sed furtum, ut l. Divi, ff. ad leg. m. Jul. 700. tamen illud non tenet, ut ait glossa in d. c. Quisquis in verbo non sacrum. Item glossa unica in fin. in dicta legis Divi. Rursus ratio quam reddit H. thesaur. videlicet quia furtum nunquam potest fieri bona intentione, est nimis tenuis, ut inquit Collectar. hic numero primo in fine. Tertii dicunt hanc Decretalem vendicare sibi locum, non tantum in homicidio & mutilatione, sed etiam in aliis omnibus delictis gravibus, dummodo tamen perpetrata fuit sine spe immunitatis; & huic lectura suffragatur hæc littera hinc nonnulli impunitatem suorum excessuum per defensionem Ecclesie obtinere sperantes, nec non hic qui usque Ecclesiam ad quam confugiunt credenter se defendunt, nullatenus fuerant commissuri; & sic textus loquitur de illis qui ex illi dultis se commiserunt ad delinquendum in Ecclesia, ut hic sunt tunc; & tales non gaudent immunitate, quia nemo sub spe venie peccare debet, c. Illud in fine de Cler. excomm. misse. Et. O modo quis de consecr. dist. 4. non est ergo hic labventium neque parcendum, quia facilitas venit incentivum tributa delinquendi, c. est iniusta 25. q. 4. c. ut Clericorum, supra de vita & honest. Cleric. Imò voluerunt quidam hoc esse peccatum in Spiritum Sanctum, dicente Scripturis. Misit Deus homo qui peccat in spe. Dic tamen propriè peccatum in Spiritum Sanctum esse peccatum oblationis, quod nec reo itur in hoc seculo nec in futuro, c. Quisquis 25. dist. c. secundum de pœnit. dist. 2. & sic declarat Abbas in 1. not. & hunc intellectum poluit hic Butr. in 1. not. & idem Abbas in esp. Inter alia n. 22. supra eodem quem dicit esse communem Remig. de immun. in 3. fallent. n. 3. & eum probantur Joan. Andr. Butr. Card. Anchar. Imol. Abb. & Joan. de Anan. qui propterea sic summant hanc Decretalem, videlicet qui sub spe immunitatis in Ecclesiis vel Cæmeteriis delinquant, immunitate non gaudent. Quin imò nonnulli hoc extendunt etiam ad eos qui prope Ecclesiam delinquant animo ad eam confugiendi: in er quos Holt. in summa hujus tit. §. In quantum n. 8. Anchar. lib. 3. vers. Quid ergo si non in Ecclesia. Henr. Bolch. in c. Ecclesia n. 11. supra eodem & alii quos refert & sequitur Remig. ubi supra in 2. fall. Navar. in manual. c. 25. n. 22. vers. Neque qui prope Ecclesiam delinquit. Covarruvias variarum resolutionum, libro secundo, esp. 20. n. 24. vers. vigesimo sexto. Quod si querat quando quis dicatur delinquere in Ecclesia sub spe immunitatis, ita ut aliis delictum non commississet, responderetur eo ipso quòd deliberatè & ex proposito in Ecclesia delictum committit, presumitur sub spe immunitatis hoc facille; & hæc est præsumptio juris & de jure quam non

- 614 mentis Ostravi tom per se, quom ter alios exercere possunt in casibus propriis, & non conductis.
- 46 Artificio an Clerici vacare liceat extra casum necessitatis, & n. seqq. usque ad num. 52.
- 47 Artificium officium Clerici, & Monachi ad victum querendum, ad otium tollendum, ad concupiscentiam refrenandam, & ad elemosinas faciendas. Non autem ad curam lucrum, n. 51. & n. 52.
- 48 Enthusiasticorum error ab Augustino damnatus.
- 49 Manualia opera intelliguntur omnia humana officia, sive manibus, sive pedibus, sive lingua fiant.
- 50 Elemosinam facere etiam propriis manibus laborando tenentur ex precepto Clerici & laici, ut subveniant extremis indigentibus.
- 51 Negotio, seu mercatura, nec licita est licita, nisi ad aliquam finem honestam, vel necessarium.
- 52 Negotio ad id licita an, & quibus modis fieri possit licita, & n. seqq. usque ad n. 77.
- 53 Negotio propter avaritiam, vel alium malum finem est culpa venialis, vel mortalis, prout est ille finis.
- 54 Negotio est otium servile, quod exerceri non potest in Dominico, & festis diebus.
- 55 Nisi in necessariis permitti, dummodo Divina non omitantur.
- 56 Negotiationes maxime vana in Ecclesiis, & ceteris sunt illicitae.
- 57 Sine illis in locis sacris assertari non debent, nisi forte ad rem in argento necessitate.
- 58 Negotio redditur illicita ex loco suspecto & inhonesto.
- 59 Negotio si sit illicita ex materia, quae nec per se, nec cum adiuncto potest esse utilis.
- 60 In veneno an licitum sit negotio, ibid.
- 61 Colores an liceat mercari ad colorandum mulierem, vel virum, & n. seqq.
- 62 Opus Dei est quod nascitur, Diaboli quod mutatur.
- 63 Facetas ex natura est illicita, & prohiberi potest per statum Episcopi.
- 64 Non tamen est peccatum mortale, nisi fiat propter lasciviam, vel in Dei contemptum.
- 65 Oculis sibi depingere non licet.
- 66 Turpitudinem corporis ex eget sine proveniente occultare licet, pulchritudinem fingere non licet.
- 67 Mulierum honestas, precibus, & placitas ornatus sine pictura an vitiosus sit magis placeant, non reprobat.
- 68 Sed si fiat ad provocandum alios ad lasciviam est mortale peccatum.
- 70 Si vero ex levitate, aut vanitate, non semper est mortale, sed quandoque veniale.
- 71 Emere totum frumentum, vel merces omnes nemini licet, ut caeteris aliis se emere, vendant suo arbitratu.
- 72 Tempore tamen ubertatis potest quis multa victualia emere, ut abundet tempore egestatis.
- 73 Vel ut alius possit vendere pro tempore currenti, dummodo

Multa Concilium enumerat multa secularia negotia, à quibus jubet Clericos & Monachos abstinere, & alia non dividit.

Nota primò, ibi, de quibus paucis presertim; exempli causa esse paucis exprimens, cap. Unum unum, §. Crimini autem appellati 25. distinet. cum aliis hic allegatis in 1. & per Holt. n. 4. in ver. Paucis presertim. Quom imò exempli gratia sufficit unum exprimere, ut 1. Ita vulneratus §. ult. ff. Ad legit. quid. & tamen quatuordecim hic fuerunt expressa: & sic nota quatuordecim posse dici paucis, secundum Holt. ubi supra de Joan. Andr. num. 1. in ver. Paucis, sed dicendum est secundum Abb. in 1. notab. per Paucis, hic fuisse positum respectivè ad negotia secularia quae sunt inamara. Unde respectu ipsorum & pro subiecta materia, congrue quatuordecim paucis dici possunt, nam respectivè etiam viginti quatuor millia dicuntur paucis, ut in cap. Distincta 45. distinet. & adde quod de hac dictione scriptum in cap. Ut iusta n. 32. de Offic. Ordin.

Secundò nota hic, pro servituri quaestio: non esse licitum Clericis vel Monachis pretio quemquam conducere pro aliquo seculari negotio, ut in littera, sed gloss. in ver. Conducere, intelligit & bene hoc verum esse, si fiat conductio ad peccandum, quod non licet etiam secularibus, ut c. Si ad peccatum 21. q. 4. Vel si fiat pro negotio seculari Clericis prohibito, quod similiter nec per se, nec per alium licet, cap. Negotiationem & cap. Fornicari 88. dist. idem Holt. hic n. 5. in ver. Conducere; alia licet conductio potest sacerdos vel illius opera, ut c. eod. tit. infra 3. Ne Pral. vic. juar. nisi sit Pralatus c. 1. & 2. eod. tit. secundum Vinc. & Tancred. cum quibus hic transit Joan. Andr. n. 2.

Tertiò nota, hic Constantinos; differentiam inter contentiones, lites & rixas, nam contentiones consistunt in verbis, lites in iudiciis, rixae in factis & percussibus ad invicem secundum Petrum de Sampsona & Abbat. Antiqu. hic in

- hoc faciat ne in terra sua vicinialis deficiant.
- 74 Secus si ut vendat carnis.
- 75 Societatem innoxiam cum negotiatore, quem scit male contentiosum, tenetur cum dissolvere, si commode potest; alia protestari debet.
- 76 Negotiationem exercens per se licitam, sed ex accidenti illicitam an tenatur restituere lucrum inde perceptum.
- 77 Negotio quibus Clericis sit interdicta, & n. seqq. usque in finem.
- 78 Quid in Clericis in factis, n. 79.
- 79 Et quid in Clericis minorum ordinum beneficiatis, n. 80.
- 80 Et quid in non beneficiatis, n. 81. & n. seqq. usque in finem.
- 81 Clerici minorum ordinum, si competens beneficium non habeant, an possint esse Advocati in foro seculari, & num. 86.
- 82 Negotio est Clericis omnibus prohibita, si habeant andè commode vivere possint, sive ex beneficio, sive aliunde, & n. seqq. usque in finem.
- 83 Negotiatorem Clericum quasi quandam pestem fuge.
- 84 Nullus est dictus universitatis negotio, quae restrictionem non patitur.
- 85 Venatio omnibus servis Dei interdicta.
- 86 Negotio quod ob causas sit Clericis interdicta.
- 87 Clerici prima tonsura etiam non beneficiatis dicuntur milites Dei.
- 88 Et coronam habent ab institutione Ecclesia antequam essent tituli beneficiatis.
- 89 Nec sunt de corpore Reipublicae mundanae, sed Ecclesiasticae.
- 90 Negotio ut plurimum sine mendacio & perjurio exerceri non potest.
- 91 Ministeria altaris Domini sunt non tantum Presbiteri, Diaconi & Subdiaconi, sed etiam inferiores Clerici.
- 92 Ordo quilibet prout est Sacramentum, ordinatur ad Sacramentum Eucharistiae, & n. seqq.
- 93 Acolitus suggesta pro Eucharistia & calices Diaconi preparat.
- 94 Ministeria sacrorum Ordinum ab Offitiariis ad Diaconum jubentur à Concilio Tridentino exerceri per constitutas in dictis ordinibus.
- 95 Intellectus, c. 1. de postul.
- 96 Caudis relictis unum & determinatum finem potest adimpleri per aquivalentes, ibid.
- 97 Spolia ex Bulla Pii IV. sunt de bonis Clericorum, ex illicita negotiatione acquisita.
- 98 Spolia ex Bulla Pii V. non subsistent bona Clericorum, quorum beneficia vel pensiones non excedant ducentos triginta, dummodo ab illicita negotiatione abstinerent.
- 99 Penjo non dicitur beneficium.
- 100 Spolia ex Bulla Pauli V. non subsistent bona Clericorum in Urbe vel infra decem miliaria distendentium, etiam sub praetextu vel causa illicitae negotiationis.

Joan. Andr. n. 2. Butr. n. 3. & Abb. Sicul. n. 4. 5. Qui tamen addit lites referri posse ad contentiones etiam extra iudiciales, ut in c. Saepè in fin. de appellat.

Quartò nota hic, orphanorum aut viduarum. Clericos posse patrocinari pro defensione miserabilium personarum, ut hic & in cap. 1. supra de postulat. Hoc tamen debet gratis praestare, quia id eis permittitur tantummodo ex pietate ut in c. ultimo eodem tit. secundum Petr. de Joan. Andr. num. 2. Anchar. n. 3. & Abb. n. 4. Et hinc collige orphanos, viduas & alias personas miserabiles esse sub protectione Ecclesiae, ut hic notat gloss. in figuracione casus, de quo dic, ut scriptum latissime in c. Significantiis supra de offi. Deleg. Quintò nota hic, Conductores. Clericis non esse licitum res seculares conducere, ut hic est expressum, & in cap. Credo, & c. Ciprianus 21. q. 3. & in Auth. de sanctiss. Episc. §. Aliam, nisi necessitate cogente, ut notat gloss. in Summa 21. q. 3. & censuit Sacra Congregatio, ut dicam infra, n. 41.

Quæ amplius censuit prohibendos esse Canonicos ne Ecclesie bona conducant, tum quia negotiantur luci causa, tum quia distrahentur à servitio Ecclesie; & locaciones factas esse irritas. Si tamen Clerici iure hereditario succederent conductori laico, possent in conductioe remanere ut que ad praesentium tempus locacionis, argum. text. in l. Decurio ff. de Decur. ubi notabiliter nec per se, nec per alium licet, cap. Negotiationem & cap. Fornicari 88. dist. idem Holt. hic n. 5. in ver. Conducere; alia licet conductio potest observandum; & ita hic tenent gloss. in ver. Conductores, Holt. num. 7. in eadem ver. Joan. Andr. n. 5. in gloss. Si tamen Butr. n. 4. vers. Quæro, prohibentur; Anchar. n. 6. & Abb. n. 8. Ad idem text. in l. 1. §. Sed etsi iure hereditario; & quod hic notat Bart. n. 1. ff. ad leg. Corn. de fals.

Sextò nota, ibi, Nec tamen justum negotium. Clerico non

- licere extra casum necessitatis etiam iustum negotium exercere; & connotat c. Fornicari 88. distinet. & notat Abb. hic num. 6. In casu autem necessitatis licet, ut hic est expressum. Sed hoc intelligit cum operatur propriis manibus seu emit materiam, ut eam reducat ad aliquam formam, ut c. Si Clericus vult in 91. dist. c. Namquam, de consecr. dist. 5. & ibi declarat Butr. n. 2. & Abb. d. n. 6. & idem Abb. in cap. Secundum n. 1. infra eodem de Silveit. in ver. Clericus 3. n. 1. vers. Igitur clericus negotiari non licet, & Redoan. de spol. q. 2. n. 45. & seq. & latius dicam infra, num. 41.
- 10 Septimò nota ibi, ecce talia & his similia, argumentum optimum, quod aliquibus specificatis generalis clausula subsequens omnia comprehendit; ad hoc cap. Qui ad agendum de Procure. lib. 6. & notat hic Holt. n. 7. in ver. Ecce talia, Joan. Andr. n. 4. Anchar. in 7. nota. Facit cap. Sedes supra de recept. & c. unic. de Comm. d.
- 11 Ultimò nota ibi, de quibus ad Apoll. & negotiationem esse Clericis & Monachis prohibita secundum verbum Apostoli, & sic de Iure Divino, cap. Sicut quidam 25. q. 1. consequenter contrahentes mortaliter peccare, cap. Quiquis praecipit 14. q. 1. c. Una contra mores 8. dist. d. c. Sicut quidam, c. final. supra de consuetud. disti in cap. 1. nu. 41. de treug. & pae. Sed etiam hoc ellet ex lege positiva, tamen cum Concilium hic procedat prohibendo se resistendo, ut patet ibi, omnino contradicimus, utique illius transgressio est culpa letalis, ut notat Archid. in c. Detestanda n. 4. de consecr. praed. lib. 6. Et temp. plenè in d. c. 1. n. 22. post Holt. hic n. 7. & 9. in ver. Periculo & Abbas in 2. notab. Et confirmatur, quia clerici negotiatores, si moniti non desisterint, sunt excommunicati, ut in cap. Secundum infra eodem. Excommunicatio autem non fertur nisi pro mortali peccato, c. Nemo Episcoporum 11. q. 3. Et ita per hanc rationem clericum negotiatorem mortaliter peccare, post Petr. de Palude & S. Antonin. tradit Silveit. in ver. Clericus 3. n. 3.
- 12 Veniò ad quaestiones, scilicet primò; Quæro quid sit negotium iure negotio, Breviter hinc dicitur in lib. 18. Etimol. c. 15. Negotium dicitur est, quod negans otium refertur in cap. Forus §. Negotium & ibi glossa, in ver. Negotium de verborum signifi. U. de ex ipsa vi nominis importat privationem otii & significat actum omnem, cui otium repugnat & in commune dicitur esse actus humanus practicus, qui vulgò exercitium dicitur, secundum Silveit. in ver. Negotium in fine. Specialiter autem, ut nunc principaliter intendimus, est committit vel permutatio lucrativa id est ad lucrum ordinata, ut idem Silveit. definit, ubi supra, nec dicitur negotio secundum, cum nisi tantum concetum & abstractum, sicut iustum & iustitiae & equitatis. Unde negotium est negotio promissive utitur, ut in l. 3. ff. de negot. gest. cum simi. etiam tamen negotium in casu, de negot. gest. cum simi. dicitur, ut legitur in d. c. Forus §. Negotium.
- Secundò. Quæro, quomplex sit negotium, & quod sit Clericis interdictum.
- 13 Tamen negotia innumera cum plura sint, quàm vocabula, ut l. Natura ff. de praescrip. verb. & hic per Joan. Andr. n. 1. in ver. Negotia, tamen ad certa genera reducuntur. Unde S. Antonin. in 2. part. tit. 1. c. 16. ante §. 1. vers. Sciendum, dicit triplex esse genus negotiationis. Prima est mundialis & seculæ & ideo cavenda. Secunda spiritualis & honesta & ideo exercenda. Tertia temporaria & modesta & ideo permitteuda; & utriusque membrum iste proleptor. Sed quod pertinet ad secularia negotia, de quibus agitur in hoc cap. & infra eodem per tot Innocent. hic in princ. & post eum Holtendè n. 2. & Joan. Andr. supra in ver. eod. num. dicitur negotium seculare dici tribus modis. Primò enim dicitur seculare negotium quilibet actus secularium rerum de quibus hic plures enumerantur; & ab his, si sint illicitae & turpia, proculdubio clericis omnes abstinere debent. Secundò negotium seculare dicitur iudicium de rebus secularibus, & hoc tractare potest Clerici omnes inter clericos tantum, ut c. Sicut enim §. Et hic 11. q. 1. Tertio dicitur seculare negotium quod est secularium hominum & inter seculares, & ex his negotiis aliqua sunt criminalia, aliqua civilia, criminalia ubi agitur de lingue, sunt clericis interdicta, cap. Sententiam infra eodem, aded ut nec pro hoc possint esse Advocati; ut notatur per Holt. in cap. Ad audientiam, §. fin. infra de homicidio. Ex civilibus vero aliqua spectant ad forum Ecclesie tamen, ut causa Matrimonii & legitimitatis, cap. Tuam supra de ord. cogn. c. Lator, infra Quo sit. sint legit. Iuris patronatus, c. Quanto juv. de iud. Decimum cap. Quoniam, & c. A nobis de decimis, & tamen iudicando tractant clerici tantum & non alii, ut in iuribus praed. leg. Aliqua vero sunt principaliter de foro seculari & in his non licet clericis se immiscere, nisi in casibus, ut notatur in c. Cum sit generale & cap. Ex tenore supra de foro competent.

Alio modo secularia negotia distinxit glossa in Summa 21. q. 3. quæ iudicio Abbatis supra in rubr. ante Med. materiam plane evacuat. Sed ipse Abbas ibi videtur alia distinctione, nam secundum eum seculare negotium tum potest large & stricte. Et quidem large dicitur seculare negotium quicquid provenit ex carnali concupiscentia non subiecta freno rationis; & hoc innuit littera huius textus in princ. Dicitur autem negotium seculare, quia per illud omnino vivitur seculariter, id est secundum seculum & mundum, seu carnem, non autem secundum Deum & spiritum, & hæc prohibentur etiam, ut patet ex multis quæ hic enumerantur, sed præcipue clericis. Stricte vero accipitur seculare negotium, ut comprehendat quicquid pertinet ad rempublicam mundanam & seculares homines; & hoc quavis permittum sit laicis, tamen clericis est interdictum, ut c. Fornicari 88. dist. & l. Placet Cod. de Episc. & Cler. ubi clerici nihil commune habere dicuntur cum publicis actionibus vel ad Curiam pertinentibus, cuius corpori non sunt annexi. Atque ita nullum officium possunt habere in Republica seculari, ut hic probatur & in hoc cap. & in c. Reprehensibile 23. q. 8. & cap. Eius 23. q. 3. & notat Anchar. in cap. Sicut te num. 1. ver. Quare, gloss. infra eod. & adde Innocent. in cap. Dilecta num. 9. de exco. offi. Pralat. ubi ait clericis non constituitur unive. sitatem secularem; uno vicare debent Republica spirituali, licet vero reipublice temporalis, cap. 2. Duo sunt genera 1. q. 1. cap. Convenor, & d. c. Reprehensibile 23. q. 8. c. Duo sunt 21. q. 6. d. c. & c. Sicut de major. & obedire. Constat textus 22. in l. Consulta D. volu. Cod. de testam. ubi scriptum legitur absurdum esse si promissus adibus rerum turberent officia & alii creditum alius liberabat & prætoris clericis, quibus approbatur est, si se peritos velut disceptationum forensium ostendere. Leguntur supradictam distinctionem Silveit. in ver. Clericus 3. n. 1. ed. illi addit tertium membrum quod Abbas omiserat. Dicit enim seculare negotium tertio loco sumi strictissime pro exercitio mercatoris vel negotiatoris; de quo loquitur textus in c. Forus de verb. signifi. hic, Negotio in commercio dicitur, ubi aliquid datur ut mensura lucratur.

Sed ego hoc tertium negotii secularis membrum subdistinguo in duas species, videlicet in negotiationem proprie factam & artificium, de quibus Gratianus diversis conscriptis distinctionibus; nam de negotiatione agit in dist. 88. de artificio vero in dist. 91. quas species non obicere distinxit S. Thom. in 2. 2. q. 187. Nam de negotiatione formavit articulum secundum, an liceat Monachis negotiari, de artificio vero articulum tertium, an Monachi teneantur propriis manibus laborare, negotio proprie dicitur cum emittit res, ut omnino integra & immutata carnis vendatur, ita ut ex sola transmutatione de persona in personam separatur lucrum.

Artificium vero dicitur, cum emittit res, ut inde habeatur materia ad operandum propriis manibus; etiamque redacendi ad aliam formam, habetur in cap. Episcopi 88. dist. ubi dicitur, Quicumque rem comparat non ut ipsam rem integram & immutatam vendat, sed ut materia sibi sit inde aliquid operandi, ille non est negotiator, qui autem comparat rem ut illam ipsam integram & immutatam dando lucratur, ille est mercator, qui de tempore Dei ejicitur. Hæc ibi, & notat gloss. Butr. Abb. & alii proxime citandi & Anchar. in cap. Secundum instituta in 1. notab. infra eodem.

Negotio proprie factam quavis sit per se licita, tamen Clerici & Monachi omnino prohibentur, ut hic & 88. dist. per totam & præsertim in cap. Fornicari, ubi dicitur; Antiquam quæ ecclesiasticam sit, licet et negotiari factam non licet & notat gloss. 1. in c. Canonum 14. q. 4. Butr. hic n. 2. vers. Solutio & Abbas n. 6. vers. Intellige & n. 10. vers. Sed illicitum est, Silveit. in ver. Clericus 3. n. 1. vers. Tertio adde & n. 2. & Tobien. similiter in ver. Clericus 3. vers. Tertio. Artificium vero, si necessitas subit, proculdubio Clericis & Monachis est permittum; unde in d. c. Clerici, il. 1. 91. dist. sic legitur Clericus victum, & vestimentum sibi artificioso vel agricultura victum officii sui dicitur artificioso victum querat. Unde hic præcipitur ut omnes Clerici qui ad operandum invalidi sunt & artificiosa se littera discant; & de Monachis Hieronimus ad Rusticum Monachum de vivendi forma: Cur inquit, tu in istis tuis cellaris non preparas? Vel scellam tunc juncu vel canistrum lentis plebs vicinibus. Jarratur humis; acrola æquo limite dividuntur, in quibus cum oleum jactis fuerint femina vel planta per ordinem posita æquo ducuntur & interjacentur infra hinc arboris gemmis vel junculis, ut parvo post tempore laboris tuis dactis tona decerpas. Apam fabricare alvearia ad quas te mittas. Salomon tunc proverbs & Monasteriorum ordinem ac regiam disciplinam in parvis dicitur corporibus; texantur & lina castendis stichibus; serbantur libri ut & manus operetur cibum & animus lectione saturaretur. Hæc Hieronimus & referunt in c. Namquam de consecr. dist.

Hoff. n. 9. in verbo propter necessitates, Joan. Andr. n. 3. in verbo necessitates, Butr. n. 4. Card. n. 2. Anchar. n. 5. & Abb. n. 9. dicens cum dicto Innocent. transire communiter Doctores.

75 Septimum demum, negotio fieri potest illicita ex consorcio unde qui cum negotiatore quem scit male conscientie, societatem inivit, tenetur eam dissolvere, si commode potest, alias protestari debet se non intendere de illicitis lucris participare, sig. cap. error & facientes 82. dist. Ita Sanctus Anton. in secunda parte, tit. 1. c. 16. §. 2. post med. ver. si quis etiam societatem & post eum Silvest. in verbo negotium n. 2. ver. septimo.

76 Sed hic incidit dubitatio, nunquid exercent negotiationem alias licitam, sed aliquo ex supra scriptis modis illicitam, tenetur lucrum inde susceptum restituere, Abb. hic n. 11. ver. sed circa primum resoluti tenent per ea que dixit post Innoc. in c. quia plerique n. 34. supra de immuni. Eccles. Tu vero dicas non esse in precepto ut lucrum per hos modos questum restituatur aut pauperibus detur, licet sit consilium secundum Doctores, nisi iniustitia committatur pluri vendendo aut minoris emendo, vel nisi causa exerecentie preli emendo totum aliquid ut carius venderet, quia tunc tenetur damni reficere damnum propterea illatum, fuit enim causa damni alterius iniusta, ut bene per Sanctum Antonium in 2. part. tit. 1. c. 16. §. 2. circa med. ver. & in quatuor casibus de Sil. est. ubi supra, §. non est autem necessarium; & vide Cajerani restitutionis materiam ex principiis explicantem in 2. 2. q. 62. art. 6.

77 Quarto quero quibus Clericis interdicta sit negotiatio? Si negotia secularia accipiuntur in latiori significatione, prout proveniunt ex carnali concupiscentia, res est extra dubium, quia talia indistincte sunt omnibus prohibita tam Clericis quam laicis, sed maxime Clericis, ut hic patet, nam apertere plus iusto pretio, licet & similia indubitanter interdicta sunt omnibus secundum Abbatem hic n. 12. ver. ego dixerem.

Verum si negotia secularia fumentur stricte pro commutatione lucrativa seu mercatura que permilla est laicis, sed prohibita Ecclesiasticis, ut in c. Fornicari 88. dist. tunc quoad Clericos in Sacris Ordinibus constitutos conveniunt omnes negotiationem esse prohibitam, de hoc enim est casus apertus hic in illis verbis ecce talia & his similia ministris Altaris Domini omnino contradicimus, que verba procul dubio includunt Presbiteros, Diaconos & Subdiaconos, c. Tribus & c. seq. de consecr. dist. 2. ut hic per Hoff. n. 7. in fine in verbo ministris, cum quo alii transeunt, ad idem c. 1. hic in Subdiaconatu; & supra ubi glossa 1. ver. de his qui sunt in majoribus, supra de postuland. & cap. sicut te; & quod hic notant Innocentius & alii in verbo Sacris, infra hoc titulum & capite tertio 88. distinctione, ubi dicitur Episcopus aut Presbiter aut Diaconus nequaquam secularis curas assumat.

Quo vero ad Clericos minorum Ordinum siquidem habeant competens beneficium Ecclesiasticum, similiter concordant Doctores non licere illis negotiari per textum in d. c. 1. hic in Ordinibus quoque minoribus si stipendia Ecclesiastica sustententur de postul. de hic firmant loc. cit. Joan. Andr. n. 4. in verbo Ministris, Butr. cod. n. 4. ver. Quare an omnibus de Abb. n. 12. & conferunt quae de Officio Tabelionum us scripti in d. c. sicut te n. 26. infra eod.

Sed si Clerici in minoribus Ordinibus competens Beneficium non habeant, articulus est valde dubitabilis, nam Hoff. & Joannes Andreas proxime citati videntur tenere hanc probationem restringi ad Clericos in minoribus beneficiatos dumtaxat; & apertius hoc tenet Abbas n. 12. in fine, dicens Clericis in minoribus non beneficiatis minime prohiberi negotia secularia alia licita. Movetur omnes per c. 1. supra de postul. ubi Clerici in minoribus prohibentur esse Advocati in foro seculari, si stipendia Ecclesiastica sustententur. Ergo à contrario sensu, si hujusmodi stipendia & sic beneficium non habeant, utique possunt; & ita hic notat gloss. 1. & communiter Doctores.

82 Verum Anton. de Butr. hic n. 4. ver. quare an omnibus, 83 putat hanc prohibitionem extendi ad Clericos in minoribus etiam non beneficiatos, quia si gaudere volunt privilegio Ecclesiastico, abstinere debent ab his que non decent propositum Clericale, ut c. fin. de vit. & honest. Cleric. Tu vero dicas Clericis omnibus etiam minorum Ordinum prohibitam esse negotiationem, si congruum habeant sustentationem, sive ex Beneficio Ecclesiastico, sive ex bonis Patrimonialibus.

84 Quod proba ponderando primò hanc rubricam que indistincte loquitur de Clericis, & complura capitula dantur Clericis negotiatores, nec distinguant an sint beneficiati nec ne, ut c. 1. 14. q. 4. c. Negotiatores Clericum quasi quamdam pestem sage & per tot 88. dist. ergo indistincte & generaliter de omnibus Clericis sunt intelligenda, si Romanorum 19. dist. cum concord. & notat glossa 1. in c. 2. de prob. & eò magis,

85

quia in c. 1. eod. dist. sic legitur. Detrevit Sacra Sinodus nullum deinceps Clericum possessione condicere de negotiis secularibus se miscere. Dicitio autem nullum, cum sit universalis negativa, utique non admittit restrictionem ad Clericos beneficiatos ad glossam in Clem. 1. in verbo nullus de prob. Rom. cons. 199. n. 2. & Gravet. cons. 809. n. 4. ver. Sexta & cons. 294. n. 5. ad idem textum in c. 1. 114. q. 4. ubi dicitur Noverit Clerici ad omni casu sibi negotiatorum ingenio vel cupiditate cessandum, quòd si cessare noluerint in quocumque gradu sint possiti, non à Clericibus Officiis abstinere cogantur, nam dictio illa elegerunt quocumque similiter nullam patitur restrictionem, c. Solita; & hic glossa ult. supra de major. & obed. Archid. in c. si tibi absenti col. 2. in verbo quicumque de prob. lib. 6.

Secundò pondera textum in c. Fornicari 88. dist. ubi dicitur antequam Ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari, facta jam non licet. Sed per solum Clericum quis efficitur Ecclesiasticus & de foro Ecclesie, licet Beneficium non sit adeptus, ut patet infra numero 90. Ergo eidem negotiari non licet.

Terziò ad idem pondero textum in c. 2. infra de Clerico 87 venatore, ubi venatio que in hoc cap. circa fin. consummatur inter negotia secularia, omnibus Servis Dei interdicitur. Servi autem Dei dicuntur quicumque in formam Domini vocantur; & sic Clericali caractere insigniti, etiam non beneficiati, cap. Duo sunt 12. q. 1. c. Cleros & c. Clericos 12. dist. & notant in d. c. 2. gloss. unica de Hoff. n. 2. & plerique alii.

Et confirmatur, quia Concilium Tridentinum in c. 1. sess. 22. dum innovat Summorum Pontificum & Conciliorum Sanctiones de secularibus negotiis fugiendis, loquitur de Clericis in formam Domini vocati. Quae quidem verba, ut praedixi, conveniunt omnibus Clericis, etiam primæ tonsuræ & Beneficium non habentibus.

Quartò, argumentor à ratione cessante, nam Clericis indulgetur ut possint esse Advocati in foro seculari propter necessitatem sustentationis, d. c. 1. de postul. Sed hac necessitas cessat sive ex Beneficio, sive aliunde sustententur, c. Episcopus in fine de prob. Ergo & indultum cessare debet, c. quod ex necessitate 1. q. 1.

Quintò considera rationes ob quas Clerici prohibentur negotiari, precipua enim ratio est que ponitur in hoc capitulo, videlicet quia secundum verbum Apostoli nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Hæc autem verba utique comprehendunt etiam Clericos non Beneficiatos, quia cum primùm quis Clericali tonsurâ initiatur Dei Cælestis Militiæ miles efficitur, ut est textus in c. Christianis 11. q. 1. in c. Degradatio de prob. lib. 6. & scripti plenius in c. cum contingat, n. 129. supra de atat. & qual. Secunda ratio est, quia Clerici sunt ex illo genere Christianorum quod mancipatum Divino Officio & debitum contemplationis & orationis ab omni strepitu temporalium cessare convenit, que sunt verba textus in c. Duo sunt genera 12. q. 1. ex hoc autem genere procul dubio sunt Clerici primæ tonsuræ etiam non beneficiati, quod inde convincitur man seise, quia cum tonsurantur, deponunt capillos & tendunt in signum superflue curæ temporalium; & hanc coronam habent ab Inlittore Ecclesie, ut hic subjungitur; & sic multò antequam effectus tuique beneficiatales, ut probavi latissime in c. si quis sanò à num 15. supra de pecul. Cleric. Tertia ratio, quia Clerici non sunt de corpore Republicæ mundanae, sed Ecclesiasticæ, 1. placet, 90 cod. de Episc. & Cler. & c. Fornicari 88. dist. & propterea non decet eos vacare negotiis mundanae Republicæ, cuius corpori non sunt annex, ut per Abbatem supra in rubr. circa med. ver. secundò potest; & dictum est supra n. 30. & seq. dubitari autem non potest, quin minores Clerici etiam non beneficiati sint de corpore Republicæ Ecclesiasticæ & de foro Ecclesie, c. nullus Clericus & per tot 11. q. 1. c. Quisquis 17. q. 4. Ideoque Concilium Tridentinum declarans fori privilegium in c. 6. sess. 23. loquitur alternatim vè hic Beneficium Ecclesiasticum habeat vel habitum & nonjuram deserere alicui Ecclesie de mandato Episcopi inseruat. Et ita sufficit Clericatus cum predictis requisitis etiam sine Beneficio, ut scipius censuit Sacra Congregatio ejusdem Concilii Interpretes. Quarta ratio, quia Clerici à Divinis Officiis quibus jugiter vacare debent, per secularia negotia distraherentur, c. nunquam de consecr. dist. 5. c. fin. hic secularibus potius negotiatoribus quam Divinis Officiis intendant, supra de vita & honestate Clericorum & c. Clericus il primo hic absque Officii sui detrimento 91. dist. Certum est autem etiam Clericos primæ tonsuræ, licet beneficiati non sint, per seculares curas advocari à Divinis Officiis quibus & ipsi sunt addicti, ut clarè probatur in d. c. Duo sunt 12. q. 1. Ideoque Sacra Tridentina Sinodus in c. 16. sess. 23. innovans Canonem sextæ Sinodi Calcedonensis, statuit ut nullus in posterum ordinetur qui illi Ecclesie aut pio loco pro cuius necessitate vel utilitate assumitur non scribatur ubi sois fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus etc. Quinta ratio que similiter æque viget in

87
88
89

Clericis beneficiatis ac non beneficiatis est, quia negotiatio ut plurimum sine mendacio & perjurio exerceri non potest, c. Efficient 88. dist. 2. qualitas & c. negotium de panit. dist. 5. gloss. in sum, circa fin. 14. q. 3. Joan. Andr. in c. 1. n. 2. supra de ser.

92 Non obstat quòd prohibitio negotiatorum in hac Decretali fiat Ministris Altaris Domini, quales non videntur esse nisi Presbiteri, Diaconi & Subdiaconi, ut in c. Tribus de consecr. dist. 2. ubi Clemens Papa (tribus gradibus inquit commissa sunt Sacramenta, Divinorum Secretorum, id est Presbitero, Diacono & Ministro) tempè Subdiacono, ut gloss. & DD. interpretantur.

93 Nam respondeo etiam inferiores Clericos esse Ministros Altaris Domini, licet non ita proximos & immediatos, sicut Presbiteri, Diaconi & Subdiaconi, nam generaliter omnis Ordo prout est Sacramentum, ordinatur spiritualiter ad Sacramentum Eucharistiæ, c. perlectis 25. dist. Concilium Trident. sess. 23. de Sacram. Ordin. c. 2. & Can. 7. & docet Sanctus Thomas in 4. dist. 24. q. 3. art. 2. q. 2. & distinctio omnis graduum & Ordinum est proprie à Hierarchico in quo est consummatio omnis Divini cultus. Turretrem in 2. Cleros n. 16. ver. secundo sic 21. dist. & in specie Acolithus suggesta pro Eucharistiæ & Calices Diaconus preparat, ut in d. c. perlectis, §. ad Acolithum, neque verò ad esse Ordinis Ecclesiastici & Sacramentalis requiritur ut habeat ministerium cooperativum in ipso actu consecrationis Eucharistiæ, sed satis est ut vel quoad ipsum Sacramentum vel quoad futurius cooperetur preparando, sicut clarè patet in minoribus Ordinibus, d. c. perlectis & c. Acolithus cum tribus sequentibus 23. dist. que sunt formalia verba Propos. in d. c. Cleros n. 4. ver. non enim 22. dist. & declarat Sanctus Thomas in 4. dist. 24. q. 2. art. 1. q. 2. ver. Et idè aliter dicendum, ubi latè prosequitur quomodo Ministri singuli cooperentur mediate vel immediate vel in ordine ad ipsum Sacramentum, vel in ordine ad ipsum suscipiendum. Sed & Conc. Trident. in c. 17. sess. 23. scilicet præcipit ut singula Sacrorum Ordinum ministeria ab Oltariis ad Diaconatum non nisi per constitutos in dictis Ordinibus exerceantur. Ex quibus patet verba hujus Decretalis de Ministris Altaris Domini utique congrue etiam Clericis minorum Ordinum; & eò magis, quia textus declarat de quibus Ministris intellexerit, dum subjungit, de quibus ait Apostolus Nemo militans Deo & c. que verba conveniunt etiam Clericis primæ tonsuræ, ut ostensum est supra n. 87. & 88.

94

95 Non obstat d. c. de postul. ubi Clerici in minoribus prohibentur esse advocati in foro seculari, si stipendia Ecclesiastica sustententur.

Nam primò responderi potest illud non esse licitum arguere ut si talibus stipendia non sustententur, possint esse Advocati, quia argumentum à contrario sensu non procedit quòd ipsius argumenti contrarium reperitur in jure expressum. Joan. Andr. in c. Publicato n. 18. de elect. prout reperitur hoc casu, ut patet in iuribus supra ponderatis n. 83. & seq. Deinde responderetur illum textum esse tantum repositum ut Clerici Judicis secularibus se non immisceant, nisi ex causa necessitatis vel pietatis. Et quavis addecerit verba illa stipendia Ecclesiastica, tamen hoc idè videtur fecisse, quia de jure etiam ad minores Ordines quis promovetur non debet sine titulo, ut est casus in c. non licet; & hic notat glossa 1. & Abbas n. 1. & 2. supra de prob. & sic respicitur id quod de jure esse debet. Sed tamen idè dicens in eod. si aliunde habeant sustentationem, quia cum conditio illa si stipendia Ecclesiastica sustententur, respiciat unum & determinatum finem, scilicet ut non indigeant, utique adimpletur per æquipollens, ut in lege ult. §. fin. ff. mand. & notat Baldus cons. 51.

96

Item Paulus V. in Constitutione 14. que incipit, Intoc ementi, Bullar. tom. 3. pag. 199. indultit curialibus, incolis & originariis Urbis etiam Clericis & in sacris presbiteratus ordinibus constitutis in ipsa Urbe & intra decem miliaria ut de eorum nullis ibidem existens non fiat spoliatus etiam sub pretextu seu causa libere negotiationis. Certum est autem hoc indultum competere etiam Clericis minorum ordinum non beneficiatis, ut patet observari; ergo circumscripto indulto possent eis fieri spolia ex causa illicitæ negotiationis.

Titius vendidit n. 1. lib. 1. ad hoc bonus textus in c. Episcopus copus il terzo de prob. hic nisi talis ordinatus de sua vel de paterna hereditate subsidium vite passu habere. & est ex mente Hoff. & aliorum quos retuli in c. sicut te n. 28. infra eodem, ubi omnino videas. Ac demum responderi potest illam Decretalem esse intelligendam in casu de quo loquitur, in quo videtur esse aliquæ specialis ratio permissionis quòd minoræ Clericos non beneficiatos, quia minus advocatorum est valde utile Republicæ, nam Advocati non minus potius humani generi, quam illi præliis atque vulneribus patrum parentelæque salvent, ut dicitur in l. Advocati, cod. de Advocat. dreyer. Jud. & facit quod notat glossa in l. 1. §. Hoc edicto in verbo certis personis, ff. de postul. & Abbas in c. ult. n. 11. eod. tit. ab Officio igitur Advocatorum non videtur inferendum ad alia negotiatorum genera que non ad publicum utilitatem, sed ad privatum lucrum ordinantur, c. statulum Inst. in 2. infra eodem, que d. Berentia est ex mente Silvestri in verbo Clerici n. 3. n. 1. ver. Clerico igitur, juncto verbo Nemo vendit; & hic jungit que de Clericis minorum Ordinum habentibus unde vivunt non ex beneficio, sed ex patrimonio circa prohibitum Tabelionatus exercitum tempè in c. sicut te n. 17. & seq. infra eodem.

97 Quæ opinio si vera est in terminis Juris communis, profecto redditur fermè indubitabilis ex naturalibus Constitutionibus Summorum Pontificum.

Nam Pius IV. in Bulla 19. incip. Decens esse censentes in Bullar. tom. 4. pag. 29. declarat bona quocumque illicita negotiatione acquisita per quosvis Clericos tam Sæculares quam Regulares, etiam in Sacris Ordinibus constitutos quicumque status, Ordinis & conditionis fuerint, quocumque spolio ad Camera Apostolicam per venire. Pondera verba istam in Sacris nec non verba quæcumque Ordinis, que implentur & includunt etiam Clericos in minoribus Ordinibus constitutos. Item pondera verba universalia & generalia quocumque Clericus, quæcumque status & c. que non patuntur restrictionem ad Beneficiatos, ex his que plene tradit Aim. cons. 294. verba transactionis n. 1. per tot.

98 Item Pius V. in Bulla 42. incip. Romani Pontificis in Bullar. tom. 2. pag. 238. statuit ut à quibusvis Presbiteris & Clericis quorum beneficia vel pensiones non excedunt val. rem annuam triginta Ducatorum auri de Camera, nullum spolum exigi possit, dammodò tamen si ab illicita negotiatione & à Sacris Canonibus prohibita abstinuerint. Ergo Clericus habens pensionem etiam infra Ducatos triginta, tenetur ab illicita negotiatione abstinere, alioquin subiacet spolio, & tamen habens pensionem non dicitur habere beneficium, cum Constitutio loquatur alternativè de beneficio vel de pensione; & sic falsa est opinio Hoffensia & sequacium, quòd minores Clerici non Beneficiati possint negotiari.

99 Item Paulus V. in Constitutione 14. que incipit, Intoc ementi, Bullar. tom. 3. pag. 199. indultit curialibus, incolis & originariis Urbis etiam Clericis & in sacris presbiteratus ordinibus constitutis in ipsa Urbe & intra decem miliaria ut de eorum nullis ibidem existens non fiat spoliatus etiam sub pretextu seu causa libere negotiationis. Certum est autem hoc indultum competere etiam Clericis minorum ordinum non beneficiatis, ut patet observari; ergo circumscripto indulto possent eis fieri spolia ex causa illicitæ negotiationis.

Et ita servatur de consuetudine, nam Commissarii & Collectores spoliatorum quotidie procedunt ex capite illicitæ negotiationis contra Clericos tam in sacris, quam in minoribus Ordinibus constitutos, sive beneficium Ecclesiasticum habeant, sive non.

